

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 34

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 62.

62.

Cod. XXXIV.

Plutarchi Charo-
nenfis vita pa-
rallela viror.
illust.

Cod. XXXIV.

Membran. Fol. min. ^{1. 11.}1.
2. 10.

Exhibet opus Plutarchi Charonenfis pulcherrimum, nempe
vitas quas vocat parallelas, graeco idiomate exaratas,
in quibus viros virtute, rebus gestis, doctrina vel eti-
am fortuna ludibrio illustres graecos cum totidem Romanis
contulit, et utrorumque mores ac fata descripsit tanta
industria, ut viro profertim in Lep. versanti vel etiam
duci exercitus nihil possit esse lectione utilius, nihil
amoenius quoque propter incredibilem rerum varietatem,
copiam exemplorum, iudicium denique ac probitatem
scriptoris. Vita, quae in codice nostro habentur, paral-
lela, sunt sequentes:

Licurgus	=	Numa pompilius
Solonis	=	Publicola Valerius
Aristidis	=	Catonis maioris.
Themistoclis	=	Camilli
Cimonis	=	Luculli
Periclis	=	Fabii Maximi.
Nicias Athen.	=	M. Crassi Triumv.
Agefilai	=	C. Pompeii Triumv.

Vita reliquorum parallela, quae exstant S. I. Opp.
Plut. Charon. graec. et lat. Francof. 1620. Fol., in
codice nostro desiderantur. Plura de Plutarcho dabit
Fabric. Bibl. graec. lib. 4. c. ii. pag 229.

Aetatem codicis nostri quod concernit, illum inter
antiquiores nostrum referendum esse puto, ea potissi-
mum de causa, quod lineae non plumbo, vel colore,
sed nudo sunt stilo seu grapho ductae.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 34

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1732

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)